

**Dissertatio medica inauguralis de scorbuto / Eruditorum examini subjcit
Robertus Robertson, Scoto-Britannus.**

Contributors

Robertson, Robert, -1795.
University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi : Apud Auld et Smellie Typographos, 1765.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/qm9y52gh>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

5
DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
SCORBUTO:

QUAM
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORATUS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

ROBERTUS ROBERTSON,
SCOTO-BRITANNUS.

Ad diem 28 Octobris, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
Apud AULD et SMELLIE Typographos.

M, DCC, LXV.

DISSERTATIO MEDICA
DISSERTATIO MEDICA
IN AUCTORITATE

1782

SECTIO PRIMA
DE MORBIS

DE

ANALYSE ET DE

DE SCIENTIA MEDICAE ET CHIRURGICAE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DE MORBIS ET DE

DISSERTATIO MEDICA

D E

SCORBUTO.

De Scorbuti Antiquitate et etymologia.

ETIAMSI haud multum refert, an morbum nostrum noverint antiqui, nec ne; tamen, ex more inter medicos recepto, a morbi antiquitate et ejus nominis etymologia disquirendis, incipere decrevi. De antiquitate morbi inter medicos minime constat. Veteribus cognitum et descriptum esse contendunt RONSSEUS ECHTHIUS, LANGIUS, SOLOMON ALBERTUS, et alii; sententiam suam, locis quibusdam apud HYPOCRATEM *, CELSUM †, ÆGINATUM ‡, et PLINIUM §, adstruentes. WIERUS quidem ait, PLINII Stomacacen et Sceletyrben esse Scorbutum; et huic aliquid simile viros PLI-

A

NIO .

* De intern. affect. cap. 33. Charter, tom. 7. p. 662.
ibidem, cap. 48. p. 672. ibidem, Praedict. lib. 2. cap. 16.

† Lib. 2. cap. 7. ‡ Lib. 3. cap. 49. § Hist.
natur. lib. 25. cap. 3. p. 629.

NIO antiquiores, non tamen ipsum scorbutum descripsisse, credit. E contrario, alii hanc quaestionem sub iudice esse putant*: Nam etsi symptomata quaedam, cum quibusdam morbis a veteribus descriptis et scorbuto, communia esse fatentur; tamen nullas inde nobis idoneas notas exhiberi asserunt, unde quatenus morbus peculiaris, et ab omnibus aliis descretus, dignosci queat. His ego posterioribus assentire malo, locis citatis primo perlectis, quae hâc, brevitatis causa, non inferenda putavi.

DE nominis etymologia inter omnes constat, scilicet, *Scorbuti* appellationem derivari a Belgico *Shorbuyck*, quod corporis et ventris tormina indicat; aut a Danorum *Schorbeck*, quod oris depravationem denotat. Unde credibile est, hunc morbum in Graecia et vicina Italia minus notum esse, utpote qui regionis frigidioris proles sit. Ibi per omnia secula causas ejus occasionales, ideoque scorbutum, existisse verisimile est; etsi historiam ejus justam

* Petr. Forestus, lib. 20. obser. 11. p. 292. Comment. Van Swieten in aphor. § 1148. Plater, lib. 3. cap. 4. p. 388. Lind de scorbut. p. 2.

justam RONSSEUS et ECHTHIUS primi conscripserunt, qui circa medium seculi decimi quinti floruerunt.

De Morbi Definitione.

NOBIS nostrae tenuitatis confcisciis, vitio non datum iri speramus, si a scorbuti definitione abstinemus; cui conatui solus, vixque par esse potest medicus, in usu amplissimo versatus, ingenio acri, cum summa diligentia conjuncto, praeditus. Et tanto magis nobis condonari par est, si ne magnus quidem BOERHAAVIUS scorbutum definire ausus est; cujus exemplum sequentes, morbi cognitionem, ex historia ejus rite contexta, exhibere conabimur. Antequam vero hoc aggrediar, monere debeo, LINDIUM et HOMIUM recte judicasse, qui varias hujus morbi distinctiones, in acidum, alkalinum, et similia, ineptas esse, et ad eum, cum morbis aliis ex toto diversis, confundendum, tendere putant. Eae enim mihi potius a variis aegrorum constitutionibus, et a majore vel minore numero et potentia causarum remotarum quae

quae morbum facient, quam a diversa causa proxima, oriri videntur. Causas vero occasionales et praedisponentes prius enumerare haud alienum erit; ut vel illae prohibeantur, vel, si id non detur, de morbi praesentia praemoneamur; et hic prius curetur quam vires sumat.

De Scorbuti Causis Occasionalibus et praedisponentibus.

CAUSAE occasionales sunt, 1. Aër frigidus et humidus, et forsitan calidus quoque et humidus; 2. Victus parum nutriendus, concoctu difficilis, vel utcunque vitiatus; 3. Corporis otium nimium, et animi affectiones tristiores; 4. Ciborum ex herbarum genere diuturnior abstinencia.

1. AER frigidus et humidus nocet, non solum solida laxando*, quo minus illa versus corporis superficiem materiae perspirabilis copiam debitam propellere valent; sed et humefaciendo, unde aër definit vaporem humidum ex corpore auferre,

* Notat Clarus Home, aëre humido pulsus septima circiter parte tardiores fieri, quam aëre sicco; Fact. Medic. p. 69.

re, et alium ipse etiam addit. Hinc sup-
primitur perspiratio, in humoribus nasci-
tur acrimonia putrida*, et colluvies fe-
rofa.

AER quoque calidus, et humore onu-
stus, si cum aliis scorbuti causis remotis
conjungitur, hunc semper facit.

ID quod testimonium chirurgi classarii
sequens confirmat. Bello quod anno mil-
lesimo septingentesimo quadagesimo pri-
mo inchoatum est, accidit ut navis bel-
lica, ubi auctor meus chirurgi munere
fungebatur, et tota classis cui Griffonius
praeerat, in portum Indiae Orientalis,
quem praesidio Batavi tenebant, circa Ca-
lendas Octobris, bene valentibus omni-
bus, appulsa esset. Aer calidus et impri-
mis humidus erat; etenim pluvia illorum
locorum tempestas erat. Dumque ibi cir-
citer tres menses morantur, primo, nautae
febris biliosis et diarrhoeis, tandemque
scorbuto correpti sunt, et multi quotidie
perierunt. Quapropter, cum neque olera
neque caro recens hic suppetat, sed pisces
recentes abundant, ad Promontorium Bo-
nae

* Ronssus de magn. Hyppocrat. lien. cap. 5. Solo-
mon Albert. de scorbuto, No 44.

nae Spei, sublati anchoris, proficiscuntur, tertia parte nautarum omnibus symptomatibus et stadiis scorbuti laborante. Paulo postquam in altum jam perventum est, aër ficiior et frigidior, eos excipere, mirumque in modum scorbutici convalescere incipiunt, etiam si victu et medicamentis iisdem quibus antea utebantur; omnesque ad unum incolumes certe Tellure positi essent, nisi ventis adversantibus, portum jam jam intrantes, per dies duodecim circumacti, retro repulsi fuissent. Quae res sola fecit, ut scorbuticorum nonnulli, viribus corporis et animi prorsus fractis, perirent.

2. CIBI parum nutrientes, concoctu difficiles, vel utcunque depravati, habentur ii qui ex carnibus salitis, fumo induratis, putridis, rancidis, farinaceis non rite fermentatis, aquis corruptis, parati sunt; unde non modo non nutritur corpus, sed humores corrumpuntur et depravantur; quia non modo tantum et tale in corpore perpetuo non restituitur, quantum et quale quotidie perditur; sed ea assumuntur quae acrimonia putrida, vel aliter, nocent. An
fal

sal muriaticus causa sit remota nec ne, inter medicos parum convenit. Ii qui esse causam remotam contendunt, suam probare nobis sententiam volunt plurimis hujus morbi inter nautas exemplis, qui carnibus salitis plurimum vescuntur. E contrario, damnum oriri alii volunt, non ex sale, sed ex carnum particulis putridis, sale non rite conditis, atque e privatione illius blandi, plastici, subtilissimique succi, quo abundant et ad nutritionem adeo apte evadunt carnes recentes *. Qui hanc sententiam defendunt observant, agricolas quosdam, qui carnibus salitis plurimum vescuntur, a scorbutu tamen immunes manere †; deinde, per temporis spatium satis longum, in scrophulae curatione ‡, et in ipso scorbutu, non modo sine hujus augmento, sed etiam cum levamine, aquas marinas a plurimis hominibus potari. Huic ego sententiae posteriori assentire malo.

3. CORPORIS otium nimium, et animi affectiones

* Bachstrom. Observat. de scorbutu. Barry de digest. cap. 4. † Russel de aq. marin. p. 199. ‡ Lind. de scorbut. part. 2. p. 82. ibidem, cap. 5. p. 270.

affectiones tristiores *, solidorum flacciditatem, spirituum animalium languorem, humorum circuitum tardiozem, et stagnationes gignunt; unde per totum corpus secretionum et excretionum, praesertim perspirationis, impedimenta nascuntur †, et humorum acritates atque corruptiones oriuntur. Vim vero moeroris ad hunc morbum creandum valere, docent imperio coactorum, et in naves compulsorum, tristia exempla, qui omnium fere primi sua in nave hoc morbo plectuntur.

4. CIBORUM ex herbarum genere diuturnior abstinentia, scorbuti causa quoque est remota; id quod duae res manifesto probant. Nam et ii qui huiusmodi cibis multum uti consueverunt vix unquam incidunt in scorbutum, qualescunque regiones habitant, aut qualemcunque vitae modum secuti sunt; deinde quod iidem cibi efficacem vim adversus scorbutum habent. His causis, nonnulli ‡ excretionum consuetarum, puta, menstruorum et haemorrhoidum

* Baglivi Prax. p. 150. Eugalen. lib de scorbut. p. 3. Sennert. Tract. de scorbut. cap. 11. p. 61.
 † Sanctör. Medic. stat. sect. 1. aphor. 67. ibid. sect. 3. aph. 2. ‡ Wierus de scorbut. Solom. Albert. No 56.

morrhoidum suppressionem adjiciunt: de quibus, cum propria me experientia nihil doceat, nihil dicam. Duas alias, non sine veritatis specie, addit LUDOVICUS ROUPPE, vir egregius, et in hujus morbi curatione ample versatus; scilicet nimium tabaci usum, et immodicam liquorum spirituosorum potationem. Idque fieri dicit, quia, ut ipse ait, “ primo alimenta duriora et
 “ tenaciora reddunt; secundo, quia iis
 “ subtrahunt quae naturaliter admisceri
 “ debeant; sic ut eorum dissolutio aut im-
 “ perfectior fiat, aut retardetur, et languor
 “ post difflationem stimuli spirituosorum
 “ diutius durat, quam motus quem in cor-
 “ pore illi excitaverunt: additque, homi-
 “ nes qui tabaco nimis utuntur, si scorbutum
 “ afficiantur, ingente jam laborare salivae
 “ profluvio, et frequentius, quam aliis, o-
 “ ris infestari incommodis *.”

CAUSA scorbuti praedisponens est solidorum conditio debilis et laxa, vel naturalis, vel morbis praecedentibus facta †. So-

B

LOMON

* De morb. navigant. part. 2. cap. 3. sect. 2. p. 105. ibidem 109. † Wierus, Echthius, Sennert. Tract. de scorbut. cap. 14. p. 61.

LOMON ALBERTUS, quibus " calor," ait,
" infitus, seu sponte naturae, seu morbi
" vehementia, elanguescit, naturalisque oe-
" conomia labefactata est, hoc morbo pe-
" riclitantur, multo gravissimus senibus
" est, mulieres magis obnoxiae sunt viris."
Hinc circuitus sanguinis languet; et pu-
trefcunt humores. Motus vero sanguinis
debitus dupliciter putredinem avertit. Pri-
mum enim motus progressivus intestino
motui resistet, neque fere fermentationem
putridam existere finit; deinde humores
putredinem facientes continuo expedit, et
per varia emunctoria corpore eliminat.
Hinc ex solidorum debilitate nimia, motu
sanguinis vitali deficiente, acrimonia pu-
trida in eo nascatur necesse est.

De Scorbuti Symptomatibus.

IN scorbuti descriptione auctoribus om-
nibus palmam praeripuit summus BOER-
HAAVIUS. Nihil igitur e re melius fore
cenfeo, quam ut ejus verbis symptomatum
historiam tradam. Haud tamen absolum
erit praemonere, haec, eodem ordine, ut

VAN

VAN SWIETONIUS et LINDIUS testati sunt, non semper decurrere, neque symptomata quaedam hic memorata, scilicet elephantiasin, aliaque, scorbutum comitantia, nunquam vidisse, nec ex alio quoquam in ejus curatione satis versato discere potuisse. Non quod nescius sum, ea cum scorbuto tamen complicari posse: Tantum dico, symptomata esse insolita, et extra ordinem, et nostris saltem temporibus rarius, si unquam, occurrere. De quibus utique fusius et opportunius postea dicam. Interea ad institutum revertar.

“ 1. PIGRITIA insolita, torpor, sedendi
“ et decumbendi amor, lassitudo sponta-
“ nea toto corpore, gravitas ejusdem; mus-
“ culorum omnium dolor, quasi a nimia
“ fatigatione, maxime in cruribus lumbif-
“ que, ambulandi, imprimisque per accli-
“ ve vel declive, summa difficultas; mane
“ a somno evigilanti, sensus omnium ar-
“ tuum et musculorum quasi fatigatorum
“ et contusorum.

“ 2. DIFFICILIS anhelosa, ad motus vel
“ parvos fere deficiens respiratio; crurum
“ tumor accedens recedensque, horum prae
“ gravitate

“ gravitate immobilitas ; maculae rubrae,
 “ fuscae, flavae, violaceae; faciei color palli-
 “ do-fuscus; oris foetor incipiens; gingivae
 “ tumentes, dolentes, calidae, prurientes,
 “ ad minimam pressionem evomentes cru-
 “ orem; dentium ob retractas gingivas de-
 “ nudatio et mobilitas ; dolores varii vagi
 “ per omnes externas internasque corporis
 “ partes mira producentes tormina, pleu-
 “ ritica, stomachica, iliaca, colica nephri-
 “ tica, cystica, hepatica, lienaria, &c. ;
 “ haemorrhagiae variae, sed leviores.

“ 3. GINGIVARUM putredo foetens ca-
 “ daver, harum inflammatio sanguinem
 “ stillans; gangraena; dentium vacillatio,
 “ flavedo, nigritudo, caries; varicosi an-
 “ nuli ad raninas venas; haemorrhagiae
 “ saepe lethales, ex ipsa cute externa, non
 “ apparente vulnere, ex labiis, gingivis,
 “ ore, naribus, pulmonibus, stomacho, he-
 “ pate, liene, pancreate, intestinis, utero,
 “ renibus, &c.; ulcera pessima, obstinata,
 “ nulli applicato cedentia, facile gangrae-
 “ nosa, ubique, maxime in cruribus, va-
 “ gantia, cum diuturno foetore; scabies,
 “ crustae, sicca et lenis elephantiasis; san-
 “ guis

“guis venis eductus, in fibrosa parte ater,
 “grumofus, craffus et tamen folutus, in
 “parte ferofa falvus, acer, muco flavo vi-
 “ridi in fuperficie fcatus; dolores fum-
 “mi erodentes, lancinantes, cito trajicien-
 “tes, noctu ingravescentes, per omnes ar-
 “tus, juncturas, offa, vifcera; maculae li-
 “vidae.

“4. FEBRES variae, calidae, malignae,
 “intermittentes omni modo vagae, perio-
 “dicae, continuae, ἀτροφίαν, inducentes;
 “vomitus; diarrhoeae; dyfenteriae; ftran-
 “guriae faevae; lipothymiae; anxietas
 “faepe fubito lethales; hydrops; tabes;
 “convulfio; tremor; paralyfis; contrac-
 “tura; maculae nigrae; vomitus et fe-
 “ceffus fanguinis; hepatis, lienis, pancre-
 “atis, mefaraei putredo et confumptio;
 “contagium celere.”

HORUM fymptomatum rationem brevi-
 ter perstringam; ut, his confideratis, ali-
 qua ex parte ad morbum ipfum cogno-
 fcendum accedamus.

SYM-

SYMPTOMATUM RATIO.

“Pigritia insolita, torpor sedendi—diffi-
cultas”

SYMPTOMATA haec, a virium vitalium inopia, solidorum debilitate, et musculorum infarctu, ob sanguinem in horum vasculis debilibus impactum, et ea distendentem, oriuntur. Eadem vero maxime in cruribus lumbisque fiunt, ob humorum inde versus cor ascensum difficiliorum; et quia in ambulando, praesertim per acclive vel declive, ad has partes exercendas, potestatis nervosae requiritur copia maxima.

“Mane a somno——et contusorum”

SYMPTOMATA haec solidorum debilitatem, ac circuitus torporem somno auctum indicant. In somno per vasa lateralia difficiliter fluunt et fere stagnant humores, ob musculorum voluntariorum motus defectum, quo motu in vigilia, per ea vasa illorum transitus promovetur*.

“ 2. Diffi-

* Boerhaave Instit. Medic. § 597.

“ 2. Difficilis anhelosa——respiratio”

SYMPTOMA hoc pulmonum vasa debilia, et cellulas sanguine infarctas, vel humorem aliquem in thoracis cavitate stagnantem, et pulmones comprimentem, denotat. Unde aëris satis ad pulmones dilatandos, et ad sanguinis transitum per eos expediendum, intus recipi nequit. Sed sanguis, cum homo vel minime movetur, ex musculis contractis, ad cordis ventriculum dextrum, inde in pulmones infarctos, velocius affluit; eosque etiam magis distendit, et aëri spatium porro minuit. Hoc modo suboritur anhelatio.

“ Crurum tumor——immobilitas.”

SI corpus erectum diutius fuit, aut crura pependerunt, vasa ob sanguinis contragravitatis nixum, et ascensum difficiliorrem, distenduntur, et gravantur, et prementibus humoribus resistere nequeunt; unde praecipue crurum fit tumor. Contra, ubi corpus supinum jacet, diversa eveniunt. Nam ex humorum copia, vasa infarciunt, et fibrillarum muscularium intervalla occupante, et vitalis potestatis penuria,

penuria, crura fiunt immobilia. Itaque ex solidorum debilitate, vasorum infarctu, sanguinis in loca aliena effusione, et stagnatione, et roboris nervosi defectu, haec incommoda nascuntur.

“Maculae rubrae fuscae——violaceae.”

A solidorum laxitate, et sanguinis dissolutione, oriuntur hae maculae. Humores enim vel per anastomofin vagi effunduntur, vel vasa in minora, quorum nimis laxa sunt ora, sese infinuant. Cumque tamen per horum angustias extremas transire nequeant, stagnant, corrumpuntur, et colorem diversum, pro humoris genere, putredinis gradu, et stagnationis tempore, induunt.

“Faciei color pallido-fuscus,” fit quia cordis et arteriarum vis in vasa faciei sursum pellere sanguinem nequit, et pulmonum arteriarumque actio in sanguinem imminuta est. Horum enim justae in sanguinem actioni deberi colorem rubrum docet physiologia*.

“Oris foetor incipiens”

AB humoribus in ore vel pulmonibus
stagnantibus

* Boerhaav. Instit. med. sect. 220.

stagnantibus effusis, jamque corrumpi incipientibus, oritur.

“Gingivae tumentes——cruorem”

OB sanguinis copiam gingivarum vasa distendentem, vel extravasatam, fit harum tumor; ob causam eandem, vel sanguinis acrimoniam quandam, nascitur dolor*; ex acrimonia eadem pruritus oritur†. Ex attritu sanguinis inter se particularum, et contra vasorum latera, calor nascitur. Ob vasorum teneritudinem, et sanguinis dissolutionem, gingivae, ad minimam pressionem, evomunt cruorem.

“Dentium ob retractas——mobilitas”

CUM membrana internam alveolarum partem investiens, sicut et gingivae, humoribus pravis, parum nutriantur, vel potius horum acrimonia erodantur; ideo et hae partes absumuntur, et retrocedunt gingivae, et dentes nudati, parum sustinentur.

“Dolores varii——lienaria,” &c.

PRO sede et materiae dolorificae natura

Cum materiae dolorificae varia,

* Boerhaav. aphor. sect. 220. † Gaub. Pathol. sect. 363.

varia, humores acrimonia sua, vascula erodentes, vel mole distendentes, varios quoque dolores, tum constantia, tum magnitudine, excitabunt. Longe enim aliter apparebit dolor, si in pleurae vel pulmonum tunicae extimae vasculis tenerrimis haeret sanguis scorbuticus, quam si idem sanguis, genu ligamenti capsularis, vascula obfarcit.

“ Haemorrhagiae——leviores.”

OB vaforum debilitatem, humorumque dissolutionem vel acrimoniam, per anastomofin vel diaeresin fiunt.

“ 3. Gingivarum putredo——gangraena.”

HORUM symptomatum causa manifesta est.

“ Dentium vacillatio——caries”

VACILLATIO idem est quod mobilitas, de qua paulo supra dictum est, vel tantummodo mobilitas auctior. Flavedinis, nigritudinis, cariei ratio, facile ei patebit, [qui ossa similes morbos iis pati, quos partes molliores, reputat.

“ Varicofi

“Varicofi annuli ad raninas venas.”

SI quando fiunt, alicui vicino tumori, fanguinis ad cor per has venas reditum tollenti, debentur, vel ego caufam nescio.

“Ulcera peffima obftinata.—foetore”

Ex corporis partium erosione, a fanguine acri qui, itafe femel facta, in putredinem ruit, oriuntur. Eadem nulli remedio admoto cedunt; quia folida motricia, et humores univerfo corpori corrupta, nullam finceram fanationem, aut fuppurationem, admittunt. Crura praecipue afficiuntur, ob fanguinis, inde verfus cor, afcenfum difficiliorem. Foetor ulcerum, ex partium corruptione provenit.

“Scabies, cruftae, ficca——elephantiafis”

CUM recentiorum fententiae*, tum fymptomatum horum mercurii ope curatio, qui fcorbutum exafperat; fcabiem, cruftas, ficcam et lenem elephantiafin, ad fcorbutum non referenda effe, oftendunt. De elephantiafi, nemo eorum, qui fcorbutum primi tractaverunt, praeter ECHTHIUM, quicquid

* Lind. de Scorb. part. 2. cap. 2. pag. 154.
Pringl. part 3. cap. 7. pag. 306.

quid memorat, atque ille de crurum tumore tantum loquitur. Haec sunt ejus verba: “Crura maculosa ita intumescunt, ut
 “elephantiasin Arabum quisquam esse
 “opinetur.”

“Sanguis venis eductus——scatens”

Si Auctoris mentem hic rite teneam, talem sanguinis statum significat, qualem memorat LINDIUS* qui notat, saepius scorbuticorum sanguinem, loco solutionis putridae, crusta tenaci, et quasi pleuritica, obductum fuisse; et pro ejus visciditate majore, ita cruorem subjacentem, plerumque minus cohaesisse, dicit. Huic aliquid simile observavit KRAMERUS†; five vero haec crusta adsit, five absit, cruorem mollem et solutum esse inter omnes convenit. Cujus causae esse videntur, vel vasorum et viscerum in humores contentos actio debilis; vel acrimonia quaedam, five a suppressa excretionum aliqua, praecipue perspiratione, five a ‡ victu putrido orta. De pellicula subviride, in placentae superficie, et sanguinis

* De febribus et contag. schedul. 2. pag. 98. 99.

† Traët. de scorb. in Haller. disput. medic.

‡ Boerhav. instit. med. § 778.

nis fero gustui acri, mentionem facit ROUPPEUS*, quod certe acrimoniae debetur. Serum quidem rubrum saepius ipse conspexi; quod PRINGELIO † a rubris globulis, solutis, cum fero mixtis, oriri assentio. Notandum tamen est, sub initio morbi et antequam de ejus natura satis constabat, scorbuticis me venam secasse, et tum tantummodo sanguinem hoc colore vidisse. Hunc eundem feri colorem, cum decem horas stetisset sanguis, observavit ROUPPEUS ‡, quem ille motui navis attribuit.

“Dolores summi erodentes——lividae”

Ex antedictis, horum symptomatum ratio facile patet. Noctu ingravescunt dolores, ob lecti calorem humores dilatantem. Dolores per intervalla varia, excruciare probe scio: an vero noctu ii, magis quam interdiu, exacerbent, dicere non possum. Hoc tamen certum est, omnes dolores, sub coelo humido et nubiloso, saevire.

“4. Febres variae calidae——inducentes”

Hoc ultimo stadio haec symptomata
nunquam

* De morbis navigant. pag. 146. † Append. Schedul. 7. exper. 45. pag. 387. § de morb. navig. pag. 146.

nunquam observavi; saepe febrim comitem scorbuti ineuntis vidi; sed antequam ejus natura certa adhuc erat. ROUPPEUS * In tribus," ait, " scorbuti statibus, de-
 " est febris, ut patet ex pulsu; in secundo
 " quidem, quando quodammodo medi-
 " um praetergressus est, adesse non potest;
 " in initio autem morbi, accedens febris
 " sanat saepe scorbutum: " et rogat," U-
 " trum hoc imminutae ad ciendum corpus
 " vi, vel animae, adscribi debeat, aut vero
 " amisso partium elaterio?" HOMIUS in-
 " geniosissime quaerit, † " An natura pu-
 " tredini gradatim se assuefaciat?"

"Vomitus; diarrhoeae; dysenteriae—sevae"

His symptomatibus originem praebet sanguis, in ventriculi, intestinorum, vel vesicae vasis stagnans, vel in horum viscerum cava effusus, et ita vel mole sua distendens, vel acrimonia irritans.

"Lipothymiae anxietates—lethales"

Ex virium vitalium pernicioso defectu oriuntur lipothymiae. Verum stagnationi sanguinis

* De morb. navigant. part. 2. cap. 12. § 2. p. 135. 172.

† Princip. med. lib. 3. § 2. p. 192.

sanguinis in vasis pulmonalibus, vel vena portarum, debetur anxietas. Hinc si symptomatum horum alterutrum intendatur, haud mirum est, aegrotum animam subito efflare.

“Hydrops,” ex viscerum, vel vasorum lymphaticorum obstructione, solidorum debilitate, et sanguinis tenuitate nimia, oritur. Actio enim vasorum et viscerum debita in sanguinem, hoc efficit, ut ei firma compages concilietur, et miscela omnium ejus partium inter se exactissima fiat. Vasa vero debilia, sanguini distendenti nimium cedunt, nec satis valida systole contrahuntur. Hinc sanguinis globuli minus compressi, a se recedent, et in aquosam tenuitatem degenerabunt. Sicque in telam cellulofam, et varia corporis cava, per arterias, aquosi humoris plus effundetur, quam inde vasa absorbentia debilia, et ad satietatem usque repleta, accipere valent. Praeterea motus muscularis, qui liquores per haec vasa impellit, deficiens, debiliorem eorundem actionem reddit. Atque hac ratione hydrops creatur. Sed ad hydrophem generandum, quoque, nonnihil conferre

ferre potest pulmonum infarctio. Unde ad cor dextrum sanguini venoso redeunti nimis obstat, ad fines arteriarum quoque resistitur. Hinc in telam cellulofam, et varia corporis cava, aquae per arterias excretio fit major, quam inde per vasa inhalantia, absorptio; sicque hydrops produci potest.

“Tabes” inquinamento purulento, acrive, ex viscere quodam, suppurato, vel putrefacto, debetur.

“Convulsionem” nunquam vidi, atque rarius, si unquam, eam accidere puto; quia nervorum irritabilitas et sensibilitas haud tales videntur, ut convulsionis esse periculum credendum sit.

“Tremor” omnium morborum, quibus admodum minuuntur vires, aequae ac scorbuti comes est, et in hoc morbo nunquam occurrit, nisi cum membrum, per musculos, sustinere nititur aeger, et virium defectus non finit, ut illud diutius immotum tanquam in sanitate teneat.

“Paralyfin” nunquam mihi videre contigit; et si quando accidit, causas easdem, tantummodo auctas, quas tremor habet.

EUGA-

EUGALENUS * autem “ non tam paralyticam affectionem, quam paralyticam passionem, dicendam esse dicit.” Quod dictum, eandem vim cum sententia mea habere videtur.

“ Contractura” fit; quia ob rigiditatem et dolorem quendam, quem artuum motus facit, hos in situ naturali, utpote qui gratissimus sit, leniter inflexos homo tenet, et nimis diu quiescere finit. Itaque fit, ut fibrae musculares sibi commissae breviores reddantur, et particulae minimae propius se mutuo attrahant; huic sententiae suffragari videtur quod de hoc symptomate dicit ROUPPEUS †, cujus haec sunt verba: “ Sed si leviter tantum moveant crura, ad mortem usque ambulandi potestate gaudent.”

“ Hepatis, lienis, pancreatis, putredinem, et consumptionem,” sanguis, in horum viscerum vasis, stagnatione putrescens, efficit. Nec mirandum est, haec viscera in hoc morbo ita saepissime laborare; siquidem sanguis difficile, per venam portarum, vi propellente privatam, fluens, eadem in

D sanguinis

* Lib. de scorbuto, p. 98. Ronseus de scorbuto, cap. 4.

† De morb. navigant. p. 134.

sanguinis stagnationis periculum, cum corpus integrum est, saepe trahit. Quod periculum, inertia et motus muscularis defectus, hujus morbi comites perpetui, augent.

“Contagium celere,” nunquam a me observatum est; et clarorum virorum qui id esse negant testimonia a BOERHAAVIANO hîc dissentiunt.

Hic loci memorandum est, aliquid singulare, quod nusquam, ni fallor, nisi in mari Mediterraneo, visum est, et certe rarissime illic etiam incidit:

BELLO, quod anno millesimo septingentesimo quinquagesimo quinto inchoatum est, dum in sinu Heracleo ad anchoram staret, navis bellica, *Newark* dicta, scorbuto valde infestabatur. Unus vero erat tantum leviter affectus, qui, paulo postquam a navis tabulato superiore in ejus interiora descenderat, caecus prorsus evasit, adeo ut nihil, ne lucernam quidem splendentem, et oculis prope admotam, videre posset. Chirurgus hominis oculos accurate contemplatus, nullo signo externo vitium aut labem deprehendere poterat.

rat. Omni enim ex parte fani videbantur. Ei semper praesto stabat vasculum, oxycrato femiplenum, quo scorbutici ora sua saepe lavare assueverunt. Chirurgus igitur haesitans, quid nunc opus esset facto, et aliquid agere cupiens, ut hominis animum, opem enixe flagitantis, mulceret; eum iussit oculis suis oxycratum adspargere; quod vix oculos attigit, quin incantamenti instar, homini visum restituerit. Chirurgus postea plures alios, ad classem, quae ibi tunc aderat, pertinentes, rogavit, Ecquid tale symptomata unquam vidissent? certiorque factus est, haud paucos scorbuticorum, illorum curae commissorum, caecitate affectos fuisse.

ABSOLUTIS jam iis quae ad hujus morbi diagnosin statuendam dicenda erant; antequam causam proximam aggrediar, haud absolum erit, observationes quasdam, e BONETI Sepulchreto et ROUPPEO, accommodatas, quas cadavera scorbuto extinctorum incisa et inspecta praebuerunt, praemittere; unde rei tam obscurae lucis aliquid affundi queat. Inter ea cavendum est, ne causarum effectus pro ipsis causis habeantur.

BONETI Sepulch. lib. 3. § 19. *Observatio secunda.*

“Ventriculus et intestina inflata, nigri-
 “cantia, interius atramento quasi futorio
 “oblinita. Jecur totum schirrosus, tubero-
 “sum, exterius atque interius, neque quic-
 “quam vaforum vel sanguinis exhibebat.
 “Lien triplo major, quam in statu naturali;
 “optime fanus conspiciebatur, parenchy-
 “ma jecoris, colore saturate rubeo, nec
 “non substantia carnosa referens; mesen-
 “rium satis glandulosum, atque tubero-
 “sum, et crassum occurrebat; vasis mese-
 “raicis, ob sanguinis ad partes ventriculi
 “atque intestinorum affusionem, oblite-
 “ratis.”

Observatio quinta.

“Omentum foetidissimum et putridum;
 “mesenterium nigris varicibus circum-
 “septum, cum pancreate induratis multis
 “glandulis impervio; hepar parvum, ni-
 “grum, schirrosus; ventriculus atro hu-
 “more plenus; lien longus durior solito.”

Observatio sexta.

“Omentum nigricans, laceratum, fri-
 “abile, et fere putridum, pinguedine de-
 “stitutum,

“stitutum, plurimis quoque in locis infra
 “umbilicum peritoneo adhaerebat; me-
 “fenteria ut plurimum friabilia, et male
 “cohaerentia, ita ut levissimo negotio pars
 “a parte divelli potuerit; omentum fere
 “totum putridum et corruptum.”

Observatio septima.

“Hepar et vesica biliaria, in omnibus
 “taliter affecta, ut secretio bilis impedi-
 “retur.”

Observatio octava.

“Glandulae in inguinibus durae tu-
 “mebant, bubonum instar; in dissectorum
 “musculorum spatiiis serum fluebat copi-
 “osum; maculae livescentes in pulmonibus
 “spongiosis et flaccidis, marmoris in-
 “morem variegatis; pinguedo aut parca,
 “aut nulla, in abdomine; omentum pu-
 “tridum, atrabilaria capsula sinistra, di-
 “giti longitudine cavitatem habuit, quae
 “vel duodecim pisa caperet; in aperto cra-
 “nio, supra duram matrem, prope fal-
 “cem adnata, erat excrescentia, piso ma-
 “jor, cartilaginea, quae in cranio vestigi-
 “um sui imprefferat; intra duram ma-
 “trem et piam, in vertice, lacuna specta-
 “batur,

“ batur, rotunda, digiti capacitate, fero
 “ plena; ventriculi cerebri fane quidem,
 “ sed fero scatentes.”

Additamenta. Observatio prima.

“ Lien adeo mollis, ut ab imposito levi-
 “ ter digito totus facillime perforetur, et
 “ ab aëre externo facile liquefceret; quam-
 “ vis alioqui, prima intuitu foris, in mag-
 “ nitudine et colore nihil alieni prae se
 “ ferre videbatur.”

Dissectio ex ROUPPEO excerpta.

“ 9. In portu Neapolitano obiit homo, qui
 “ per totam hyemem scorbuto laboravit.
 “ Inter symptomata quibus affectus erat,
 “ unum tantum hic narrabo, nempe, in-
 “ gentem in genubus ejus tumorem, cre-
 “ pitationem atque stridorem in eorum
 “ articulatione; aperto cadavere, profluxe-
 “ runt aquae turbidae decem et ultra li-
 “ brae, quae ingratum cadaverosumque
 “ sparferunt odorem; viscera abdominalia
 “ apparebant albida; hepar atque lien a-
 “ deo corrupta, ut ea manu in pollinem
 “ facile potuerim redigere; mesenterium
 “ inveni glandulosum, pulmones subdu-
 “ ros,

“ros, sed non adeo concretos ut in prae-
“cedentibus sectionibus; in corde, praeter
“nigrum coagulatumque sanguinem, re-
“perta fuit materia polyposa; cum arti-
“cularem genu capsam diffecuissem, ef-
“fluxerunt quatuor unciae materiei, co-
“lore flavo subviridi, foetentis, quae ar-
“ticuli hujus cartilaginem fere in totum
“consumpsit; ossa hirsuta scabra reliquit,
“iis cariem induxit, et capsam articula-
“rem ferme exedit, imprimis juxta inter-
“nam rotulae vel patellae partem; illic-
“que in cute apparebant sublividae ma-
“culae; tota ceterum cutis rubebat, et
“quodammodo crassior erat in iis locis,
“quam ubi nullae apparuere maculae; sub
“maculis cellulosa rubella aut livida si-
“milem habuit interna cutis pars colo-
“rem; sed quo magis ad exteriora ten-
“debat, eo rubicundior evasit cutis, in
“medio nempe maculae, dissecta cute.”

IN his omnibus cadaveribus incisis, so-
lidorum teneritudinem summam, et san-
guinis dissolutionem, in quibusdam san-
guinis particularum secessionem deprehen-
dere licet, parte serosa in uno loco, et fi-
brosa

brofa in altero, collecta. Ergo, his fundamentis positis, ad causae proximae investigationem procedam.

Causa Scorbuti proxima.

DIFFICILE nunc opus aggredior, verumque ne tenuitate nostra sit majus. Quam vero difficile sit, ipsi ingeniis etiam acutissimis viri, ipsi medicinae principes, quotidie experiuntur; quo magis veniam speramus, si cui forsitan inceptum parum perfecisse visi fuerimus. Hic vero aliorum sententiis excutiendis, aut iis ulla censura notandis, non immorabor; sed sententiam propriam, quam paucissimis verbis potuero, tradam.

CAUSARUM occasionalium et praedisponentium natura et viribus, symptomatibus morbi diversis, et cadaverum phaenomenis, quid seorsim, quid simul valeant, sedulo examinatis, tandem in sententiam hanc incidi, quam remedia juvantia postea dicenda probare videntur; nempe, scorbuti causam proximam esse sanguinis depravationem quandam, ad putredinem vergentem, cum solidorum debilitate nimia conjunctam. Sed hic objici potest, Secundum

dum hanc opinionem, in regione calida, potius quam frigida, scorbutum se ostendere debere. Etenim calor, quam frigus, multo aptior ad hunc corporis statum gignendum esse videtur. Contra ego, rationes ob quas loca calida non infestat scorbutus, has praecipuas esse respondeo. Primo quod ibi, omnibus anni temporibus, vegetabilium antiscorbuticorum magnam copiam suppeditat natura. Deinde quod solidi vivi irritabilitate majore praediti sunt harum regionem incolae, quam loca frigida habitantes; unde sanguinis eorum circuitus celerior est; quo secretiones et excretiones variae melius promoventur, et corpore eliminantur particulae nociturae, si ob circuitus languorem intro retinerentur.

Ex hac solidorum irritabilitate majore, qua praediti sunt sub sole fervidiore vitam degentes, eos febribus variis et morbis acutis magis obnoxios esse, quam scorbuto, cui inferendo aptior est solidi vivi torpor, verisimile est.

DE PROGNOSE.

SCORBUTUS in initio, et antequam vires sumpserit, facile curatur solo victu, et

aëris mutatione. Cum vero jam provectior fit, et graviora mala sint, qualia sunt, diarrhoea cruenta, hydrops, sanguinis immodicum profluvium, praecipue si ad haec mala senectutis incommoda accedant, labor medendi arduus est, et saepe omni medicina morbus major evadit.

DE CURATIONE.

Hic ut omnes ambages vitem, protinus dicendum est, in scorbuto curando tria facienda esse: 1. Humorū acrimoniam peculiarem subigendam, et particulas noxias per varia corporis emunctoria expellendas; 2. Solidis robur restituendum debitum, et viribus vitae consulendum; 3. Si quando fit, ut symptomata quaedam molestiora urgeant, illa sublevanda esse. Quod ad horum primum attinet; aër purus ficcus, et modice tepidus, cibi et medicamenta ex herbarum generibus parata, et per occasionem interposita cathartica, ratione aegrotantis virium semper habita, conveniunt. Mentis quoque hilaritas prodest; nam, uti inter causas hujus morbi occasionales, super memorata sunt

sunt aër frigidus et humidus, victus crassus, parum nutriens, aut utcunque vitiat, et animi tristitia, ita si haec nunc quoque manent, morbum de die in diem pejorem reddunt.

AER purus, in locis ficcis, campestribus, modice calidis, optime spiratur. Si hic non est, aëris nocentis effectus optime corrigunt foci calor, loca ubi decumbunt aegrotantes purgata; fenestra, si coelum ficcum et tepidum est, aperta, quo recens aër pro foetidissima atmosphaera circa aegrotum renovetur; aceti, camphorae picis liquidae, thuris, et similium vapor. Quod ad nautas attinet, inter quos hic morbus saepissime grassatur, cavendum est, ne studio scorbuti ultimo laborantes, nimis subito aëra, qui in nave est, cum recente, etiamsi salubriore, mutant; hoc enim neglecto, quosdam vidi, et plures audiui, periisse.

AER enim, calore humido, a spiritu et vaporibus turbae hominum in nave una coacervatae, rarefit, et elatere privatur, uti experimento docet eximius HALESIUS*, qui cum aëra de eodem vase et duceret et redderet,

* Haemastat. pag. 323. 324.

redderet, quingentas viginti duas uncias aëris, intra duorum minutorum spatium, inutiles reddidit, consumptis octo unciis cum unciae vicesima parte aëris, et elatere suo privatis.

UNDE patet, aëra recentem, suo pondere majore, vasa summi corporis, et pulmonalia comprimantem, non solum magnam sanguinis copiam subito in cor debile mittere, sed ut illa cordis actioni magis resistant, quoque facere, unde sanguine accumulato, obruitur cor debile, et suffocatur homo.

QUAPROPTER, chirurgi classarii prudentes, nave ad portum appulsa, pessimo gradu scorbuti laborantes, per aliquot dies in nave retinere, ut eos aëri recenti paulatim assuefaciant, quam ex nave statim ad Nosocomium demittere, malunt.

CONVENIT victus ratio, ex lacte recente, quod vegetabilis naturae est, pane bene fermentato, oriza, fago, cerealibus, seminibus et similibus decoctis, vel folis, vel uvis minoribus majoribusve mixtis, et saccharo gratis redditis; fructus quoque maturi dulces et acido-dulces, scilicet poma, cerasa,

cerasa, fraga, fructus berberis, et similia, vescenda sunt.

DE usu vegetabilium recentium, eadem cautione opus est, quam de aëre recente diximus. Illa enim hominibus, scorbuti stadio ultimo implicitis, sub curationis initio exhibita, saepissime diarrhoeam inducunt lethalem.

A victu vegetabile hujusmodi incipiens aeger, ad animale subinde se convertere potest. Jura carnum recentium tenuia, ab omni supernatante pingui purgata, in quibus decoqui cepae, rapae, et similia possunt, huic proposito respondent, et, pro aegroti viribus, victus uberior adhiberi deinde potest.

POTUI dentur serum lactis, vinum tenue, vel merum, vel aqua dilutum, vinum pomaceum, cerevisia tenuis bene defaecata, ex hordeo confecta, vel ex pino antiscorbutica (Anglice *spruce*) parata; ejus summitates, cum aqua fervida infundendo, vel leniter decoquendo, et hoc decoctum cum syrupo nigro (*molosses*) fermentando; aqua hordeata, succo limonum acidulata,

acidulata, et saccharo grata reddita ; atque id genus alia.

MEDICAMENTA optima sunt limonia, aurantia, acetosa, acetosella, et hujusmodi ; acidi fucci nativi, nasturtium aquaticum, cochlearia, et plantae aliae ex LINNAEI classe Tetradynamia sumptae. Quorum omnium fucci crudi, melius quam cocti*, et vel per se, vel fero lactis, aut vino temperati, dari possunt.

Ex his omnibus ea prae caeteris eligenda sunt, quae aegrotantis naturae maxime conveniunt.

QUOD ad vim vegetabilium recentium spectat, virtutem suam praestare videntur, non tantum quod humorum mixtionem ingrediuntur, et horum particulas putridas mutant et corrigunt, sed quoque quod nervos et fibras motrices stimulant, et horum motus oscillatorios in humores augent, adeoque secretiones et excretiones omnes promovent.

HAEC sententia observationi innititur ; nam cito post vegetabilium recentium usum,

* Sennert. de Scorbut. cap. 7. p. 166. Bachstrom ; dissert. de Scorbut. Haller. disput. med.

sum, cutis, quae per morbum totum sicca et arida fuerat, humida redditur.

ACIDA vegetabilia fermentata scorbuticis quidem profunt, et interne assumpta, et membris extrinsecus admota; sed efficacia sua antiscorbutica multum ab acidis nativis non fermentatis vincuntur.

ACIDA mineralia, parum aut nihil proficiunt; quia, ut opinor, in nervos fibraeque motrices vi sedativa agunt, et harum vibrationes minuunt.

SI medicamentorum et remediorum jam memoratorum usu, excretiones variae rite progrediuntur, nulla alia re opus est. Sin minus excretiones varia promoventia pro re nata utenda sunt, et remediis antiscorbuticis interponenda, aegrotantis virium habita ratione. Tamen in horum, et praecipue cathartorum usu, summa cautione opus est. Nam ut ait DODONAEUS *, “valida purgantia non ferunt scorbutici, quod cor affectum vitalemque facultatem debilem habeant.”

CATHARTICA ex mitioribus esse debent, quae in primis viis praecipue agunt,

et

* Cap. 63. p. 569. Eugal. p. 243. 244.

et minimas movent turbas. Talia sunt manna; cremor tartari; tamarindorum fructus; sal Glauberi; rhabarbarum, et id genus alia. Quod si debilior sit aeger, et minime respondeat alvus, injiciendi sunt per anum liquores.

EXCRETIO deinde per cutis foramina adjuvanda est. Praeter medicamenta antiscorbutica jam dicta, perspirationem invisibilem quam maxime juvat corporis mundities. Nam in omni morbo, sic in hoc potissimum, maxime salutare est, humorum per vasa cutanea liberum exitum efficere. Itaque manus et crura, et si necesse sit, et sine vitae periculo fieri possit, corpus totum aqua calida saponacea, vel aceto calido, laventur, et sordes abluantur; indusia saepe mutantur, calor corpori debitus vestimentis vel stragulis concilietur. Subinde quoque sudores eliciantur, ut reliquiae humoris morborum e corpore educantur. Sudor enim et corporis humiditas partium dolores levant. Sudores movent haustus ex sero vinoso calido, succis antiscorbuticis misto, vel ex lignorum decocto, camphora, et similibus quos

in lecto calido, stragulis bene tectus, homo matutina hora accipiat. In hac cutanea, perinde ac in aliis purgationibus, ad aegroti vires semper respiciendum est.

Si in excretionem per renes vergat natura, illam, praeter medicamenta antiscorbutica, lacte ebutyrato, decocto ex petroseleni et asparagi radicibus, vino scillitico, vel vino baccis juniperinis medicato, promoveri licebit.

Postremo, mentis hilaritas, ad numerum medicamentorum, huic curationis parti faventium, quoque accedit *; quatenus auctior et expeditior sanguinis circuitus, secretiones et excretiones humorum citiores, gaudii semper comites sunt †.

CORPUS optime roboratur, si succis bonis repletur. Cum vero cacochymia jam superata sit, et corporis robur auctum patitur, uberiora et nutrientiora per cibum et potionem danda sunt. Talia sunt frequentia; panis triticeus, bene coctus, et rite fermentatus, carnes recentes pullorum, agnorum, vitulorum, vervicum, et similia; vel ex his juscula parari possunt; in qui-

F. bus

* Sennert. de scorbut. cap. 9. No. 3.

† Gaub's Patholog. § 542.

bus brassicam, rapam, et talia, decoqui licet.

POTUS fit vinum rubrum Gallicum, vel merum, aut aquae mistum, pomaceum, cerevisia ex hordeo, et similia.

EXERCITATIO deinde, qua alimenta facilius digerantur, nunc sequi debet. Ea-que primum lenior, post paulatim vehementior, prodest. Ergo in rheda vectio, in aprico coelo, primum est; dein ambulatio per planitiem lentior; post equitatio. Saepius quidem, sed non nisi ad lassitudinis initium, homini exercendum est. Exercitatione succutiuntur viscera omnia, et organa secretoria, et a humoribus impactis liberantur, calor nativus augetur, circuitus sanguinis citatur, secretiones et excretiones omnes, maxime quidem perspiratio, moventur, et postremo, corporis habitus firmus vegetusque redditur.

CORPUS quoque roborant cortex Peruvianus, et quaedam vegetabilia ex amarorum roborantium classe sumpta, scilicet, herbae tormentilla, carduus benedictus, absynthium Romanum, flores chamomacelli, centaurii minoris, radix gentianae, et
similia;

similia; huc referri possunt acida mineralia, et ferrum, quae apud scriptores varios, in hac parte curationis, laudantur; sed revera, quantum ego observare potui, horum rarissime vel nunquam usus in scorbuto necessarius est. Credo victus ratione sola et exercitatione corpus satis roborari posse.

NUNC de tertia curationis parte agendum est. Urgentia symptomata haec sunt; gingivae tumidae vel putridae; dolores fixi, vel vagi; crura tumida, vel ulcerata; lipothymiae, diarrhoea, dyspnoea, et pectoris molestia, haemorrhagiae periculosae.

AD gingivarum laxitatem incipientem, gargarisinata ex radice bistortae, tormentillae, cortice Peruviano, granatorum in vino rubro austero, solutis, et medicamenta aluminosa, conducunt. In harum vel oris exulceratione putrida, aurantiorum succum, five crudum, five coctum, five solum, five cum nitro mistum, et cochleariae et nasturtii succum, laudat PLATERUS. Fungum scalpello vel digito eximi jubet RONSSEUS*; huc quoque limonum succus, alumen,

* Ronssens de Scorbuto.

lumen, tinctur. rofarum, unguentum Ægyptiacum, acetum scilliticum, et similia, conducunt.

DOLORES fixi vel vagi, præter curationem generalem, optime curantur sudoriferis, et extrinsecus, facculis sale calido, et furfure * linimento saponaceo, vel volatile, aut vesicatoriis admotis †: Sed corporis partibus quæ colore livido vel alio, quam naturale, sunt, vesicatoria admoveere, gangrenæ metu, suadere nolo. Huc quoque ROUPPEUS ‡ oxymel scilliticum, et corticem Peruvianum laudat; de quo nihil dicere possum. Idem, si § tumeant partes, et nullis remediis cedant, incidi jubet. Sed hoc ego periculofum existimo, cum vel levia vulnera, in scorbuticis, facile degenerant in ulcera maligna, et diuturna, quæ difficile consolidantur, et sanationem aegre admittunt.

CRURA tumida, vel ulcerata, in situ supino teneri, et semel vel bis de die decocto discutiente absynthii, hyfopii, abrotani, florum chamomæli, aut simile, foveri,

* Forest. lib. 20. Obser. 12. † Rouppeus de morb. navig. part. 2. cap. 2. § 2. p. 202.

‡ Ibidem.

§ Ibidem.

et pannis calidis laneis involvi debent. Sic laxatis vasis infinuantur aquosa diluentia, omnes meatus cutanei aperiuntur, ut facilius fiat exhalatio particularum acrium. Sacculis fale calido plenis, fudor elici debet; nam saepe ficca manent crura tumida, dum humiditate madet reliquum corpus. Si crura tumida oedematosa sunt, pannis laneis calidis, vel thuris, aut ullius gummi aromatici vapore imbutis, leniter fricanda sunt. Hac enim ratione aperiuntur cutis spiracula, augetur quasi vasorum motus, et resolvitur humor tenacior, roborantur solida, et augetur vis vasorum inhalantium; post quae, utilissimum est, fasciis crura constringere, quibus vasa et fibrae firmari solent. Inferiora primum, dein paulatim quae superiora sunt, ita circumligari debent; et cavendum est ne, ligatura nimis premente, gangraena fiat. In contractura crurum, praeter medicamenta jam dicta, oleo palmae, unguento dialthaeae, et aliis id genus unguentis emollientibus, ea illinire convenit. ROUPPEUS * melius foret, “ait,” “si aegri
“quantum fieri possit crura moverent,
“quando

* De morb. navig. part. 2. cap. 2. § 2. p. 208.

“ quando incipiant sentire rigorem in his
 “ partibus; nam tunc solo motu, hoc
 “ symptomata antevenire possunt, et multo
 “ facilius praevenitur quam sanatur.”

Scorbuticos quosdam terram fodere, et in locum effossam crura tumida et contracta demittere, eademque deinde terra effossa tegere, atque ita per tempus aliquod relinquere, vidi. Ii, mihi roganti, quare id faciebant, sese levata sic crura experiri, respondebant. Alios totum corpus, facie excepta, eodem modo sub terra sepeliisse audivi. Tunc ego temporis, quia hujus remedii effectus nunquam animo diligenter reputaveram, nihili faciebam. Quod utique cum nullum vitae periculum adferat, tentandum nunc judico. VAN SWEITONIUS rationem, phthisin per balneum terrae curandi * aequè mirandam narrat.

Quod ad crurum ulcera spectat, cavendum est, ne irritatione nimia, in loca ulcerata inducatur humorum profluvium nimium. Ad carnem fungosam supprimendam nihil melius expertus sum, quam plumaceolos ficos vel solos, vel exigua vitri-

oli

* Comment. in aphorif. § 1210. tom. 4. p. 101.

oli Romani in aqua soluta portione imbutos, et postea ficcatos admoveri, et fasciis leniter comprimimentibus firmari, ut ora vaporum hiantium sic contrahantur, et nimius humorum adventus coërceatur. Hanc rationem curandi viri clari nonnulli laudant*; ulceribus iisdem prodesse corticem Peruvianum, dicit ROUPPEUS†. Superata vero cacochymia, tunc ulcera curanda sunt mundantibus, suppurantibus, digestivis, exsiccantibus, pro re nata.

LIPOTHYMIA hominibus affectis maximum levamen limonum succus praebet. Chirurgus quidam classarius, fide dignissimus, et in curatione scorbuti bene versatus, me certiore fecit, se saepe vidisse homines lipothymiis affectos, quae eos certissime jugulassent, ut ipse ex multis observationibus exploratum habuit, nisi sic cito sublevati fuissent hujus succi unciis duabus propinatis, ut statim ambulare magna cum facilitate et respiratione libera potuerint. Addit idem vir egregius, se cum eodem effectu felici, animi deliquio affectis in cholera

* Ronfseus de scorbuto, cap. 9. Sennert. tract. de scorbut. cap. 8. No 21. pag. 221. † De morbis navig. part. 2. cap. 2. § 2. pag. 202.

lera morbo, hoc remedium exhibuisse, ita ut pulsus, qui antea tactu vix sentiri potuerat, postea fortis magnusque, pleuritico similis, evaderet.

DIARRHOEA, ut opinatur LINDIUS, eodem in hoc morbo tractanda est quo simplex tractari solet; nimirum, circa initia, rhabarbarinis et eccoproticis, deinde astringentibus opiatis, et diaphoreticis, prout vis hujus symptomatis requirat. Idem amicus meus de quo jam locutus sum, omnibus aliis remediis limonum succum, in diarrhoea scorbutica, anteposuit, et optimo cum successu hominibus scorbuticis, diarrhoea affectis, dedit. Praeterea, nautas nostros, qui Havannae in Indiis Occidentalibus diarrhoea et dysenteria laborabant, ab hoc succo, aliis remediis frustra tentatis, summum auxilium accepisse, idem ait. Cum vero hoc symptoma vix unquam viderim, ut unum remedium alii antepo-
nam, vix in me recipere audeo. A priore vero, opium in hoc morbo noxium esse videtur, et quia solidorum debilitatem auget, et quia ejus natura limonum succo, scorbuticis utilissimo, contraria est; acidula, ut

BOERHAAVIUS *opinatus est, inter opii corrigentia habenda sunt. Quodque porro hanc opinionem firmat, Turcos, quando vim opii nimia dose sumpti frangere velint, limonum succo, uti consuevisse, accepi.

DYSPNOEA, et tussis, praeter scorbuti remedia generalia, vesicatoria et sudorifera exigunt; qualia sunt serum calidum vinosum, saccharo et limonum succo medicatum; serum lactis sinapi paratum; praeterea cathartics, si aegri vires ea ferre possint, medicamentisque ex oxymele scillitico, gummi ammoniaco, myrrho, et aliis expectorantibus, paratis.

HAEMORRHAGIAE usum adstringentium, scilicet corticis Peruviani, tincturae rosarum, et acidorum mineralium, requirunt. Si sanguis manat ex corporis parte ad quam manus chirurgi pervenire potest, adstringentia et fasciae comprimentiae extrinsecus admoveri debent. Si vero sanguis, copia majore ex parte abscondita, effluit, vix ulla medicina hominem periculo eripiat. Haec sunt symptomata quorum

G

curationem

* Instit. medic. § 1138.

curationem tractandam censui; omnium vero tractasse supervacaneum foret, siquidem singula in hoc morbo, iisdem remediis quibus simplicia curantur, cum antiscorbuticis conjunctis, curanda sunt.

F I N I S.